

DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol. 3

Epistolarū ad Paulū: li. j Credo tibi Paule nuncia.
 Epistolarū ad Luciliū: li. xxij Ita fac ergo mi Lucili.
 Ista sunt quæ de scriptis Senecæ ad præsens potui inuenire. Dicit autē & alia nō
 nulla scripsisse opuscula: quæ ad manus nostras ad huc minime uenerunt. Erat sa-
 ne amator sapientiæ ardentissim⁹: & inquisitor illius studiosus: ac tam tenacis me-
 moriæ: ut coram se lecta nominū duo milia memoriter mox recitauerit. Insuper cū
 quidam poeta ducentos uersus edidisset: & in charta congestos corā Nerone ex
 ordine recitaret: mox Seneca memoria usus p uolumine: eosdē uersus ab ultimo
 incipiens ordine retrogrado usq; ad primū singulos repetiuit. Omnium quoq; ciui-
 um suorum nomina memoria tenuisse legitur. Claruit Romæ temporib⁹ aposto-
 li Pauli sub Nerone in imperatore. Anno dñi. L.

M Arcellus Marci urbis Romæ præfecti filius: Symonis magi quondā disci-
 pulus: litteris sæcularibus sufficienter instructus: prædicatione beati Petri
 apostoli ad fidem Iesu christi conuersus: multa ad utilitatē ecclesiæ dei cō-
 posuit. Scripsit em̄ roganibus christianis:

De conflictu Petri & Symonis:	librū	unū
Ad sanctos Nereū & Achilleū	li.	j
De actibus Petri & Pauli:	li.	j
De artibus Symonis:	li.	j
De obitu sanctæ Petronellæ:	li.	j
De passione sanctæ Fœliculæ:	li.	j
De passione sancti Nicomedis:	li.	j

Alia quoq; de sanctoꝝ gestis edidit: quæ ad noticiā nostrā non uenerūt.
 Claruit Romæ temporib⁹ sancti Petri apli. Anno dñi. L.

I Inus prim⁹ post beatū Petrū Romanæ urbis ep̄s: natione tuscus uir sanctis-
 simæ cōuersationis: multis & in uita & post mortē miraculis coruscans: Se-
 dit in pontificatu annis. xi. mensibus tribus & diebus duodecim. Qui cum
 uir esset doctissimus & deo dilectus: scripsit græco sermone sanctoꝝ apostoloꝝ
 Petri & Pauli uno die passorum:

Martyrium:	li.	j
------------	-----	---

Et quasdam epistolas.

Tandem a Saturnino præfecto cuius filiam a dæmone liberauerat: capitali sen-
 tentia punitus martyr efficitur: Vndecimo Calend. octobris.

Claruit Romæ sub Galba imperatore. Anno dñi. LXX.

P Hylo iudæus natione alexandrinus: de genere sacerdotum: a beato Hie-
 ronymo inter scriptores ecclesiasticos iccirco ponitur: quoniā in suis opu-
 sculis plerūq; in christianorum laude uersatur. Hic cū suæ gentis legatus
 Romam missus esset: amicitia beati Petri apostoli habuisse memoratur: & ob hāc
 causam etiam sancti Marci discipuli eius sectatores apud alexandriam laudib⁹ or-
 nauit suis. Erat autem uir undecūq; doctissimus: & uelut alter Plato habitus: ita ut
 uulgo diceretur: Aut Plato Phylonem: aut Phylo imitatur Platonem: Tanta em̄
 fertur similitudo sensu & eloquij amborum. Scripsit autē libros & multos & ele-
 gantissimos: De quibus subiectū ferunt.

De uita sapientis:	liber	unus
De conuersatione uitæ:	li.	j
De confusione linguarū:	li.	j
De natura quadrupedū:	li.	iiij
De his quæ sensu testamur:	li.	j
De eruditione:	li.	j
De hærede diuinæ rerum:	li.	j
De diuisione inæqualiū	li.	j